



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

XCVII. [i.e. XCVI.] De Obligatione denunciandi hæreticos, vel de hæresi
leviter suspectos; Et quod in materia hæresis non admittitur correctio
fraterna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

in suo labore permanens ad premissorum effe-
ctum hac vice dumtaxat specialiter, & expre-
sse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Translumpo-
rum fides.

Dat. P. An.
& die 27. Ma-
ji.

S. 10. Volumus autem, ut earumdem praesentium translumpis etiam impressis manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constituta munitione eadem prorsus fides adhibetur in iudicio, & extra qua praetibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima septima Maii 1660. Pontificatus Nostri Anno sexto.

XCVII.

De Obligatione denunciandi haereticos, vel de haeresi leviter suspectos; Et quod in materia haeresis non admittitur correctio fraterna.

Feria 5. Die 8. Julii 1660.

In Congregatione generali Sanctae Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Majorem coram Sanctiss. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Universa Republica Christiana contra haereticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Motiva hu-
jus Constit.

Licer alias per Constitutionem fel. record. Pauli V. emanatam sub die 1. Septembri 1606. que incipit, Romanus Pontifex, fuerit districte prohibitum Superioribus Regularium, ne quovis titulo, vel praetextu preventionis, aut consuetudinis, & prescriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in causis ad Sanctum Officium spectantibus se quoquomodo intromittere, aut immiscere, denunciations recipere, testes examinare, processus confidere, causas cognoscere, aut terminare audeant; imo ex ejusdem Constitutionis dispositione eisdem fuerit graviter injunctum, ut suos subditos, ac Religiosos, quos haeresi labi infestos, vel de haeresi suspectos noverint, absque alia consultatio- ne cum propriis sua Religionis Superioribus, vel alia quavis persona facienda, sine mora Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis viciniioribus denuncient.

S. 1. Nihilominus animadvertisit Sanctissimus D. N. Alexander VII. ab aliquibus Regularibus in dubium revocari praedictam denunciandi obligationem; adeo ut nedum suos subditos non denunciant, verum etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes, an debent Sancto Officio denunciare, quae audierunt, aut vide- runt, ad ipsum Sanctum Officium spectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imo aliquando eosdem perperam instruant, non teneri, nec sub obligatione Constitutionum Apostolicarum comprehendendi; & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum sententiis confirmare tentantes, eosdem in maximum fideli discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur.

Innovat con-
stit. Pauli V.

S. 2. Volens proinde Sanctitas Sua abusum hujusmodi ex sui Pastorali officii debito coercere, post maturam facti discussionem, auditis votis Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum, innovat Constitutionem praedictam à fel. record. Paulo

V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans, hoc praesenti Decreto districte praecipit, & mandat omnibus, & singulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Praepositis, aliisque ejusmodi quoquaque nomine nuncupatis Superioribus cuiuscumque Ordinis, & Instituti, sive Mendicantium, sive non Mendicantium, nechon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcumque etiam Societatis JESU, aliorumque quomodocumque exemptorum, vel non exemptorum, etiam si essent specialiter, & nominatim exprimenti, ut omnino dictæ Constitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoquaque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quam non subditos, cuiuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, haereticos, vel de haeresi quomodocumque etiam leviter suspectos, deferant, & judicialiter denuncient Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenus in causis ad Sanctum Officium spectantibus audeant se intromittere, neque suos subditos ad Sanctum Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, molestare, vexare, vel alio quovis modo sive directe, sive indirecte avertere, retrahere, dissuadere; imo praeditos suos subditos monere debeant, ut ipsis quoque eidem decreto omnino pareant, & alios Christi fideles etiam Confrarres suos ad parendum pariter hortentur, & suadeant, rejectis penitus hujusmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua, cum voto dictorum Eminentissimorum DD. Cardinalium, tanquam perniciosas, temerarias, & non consistentes, & a mente Sanctitatis Sua prorsus alienas reprobavit, & reprobat.

S. 3. Et quia quandoque etiam eorum subditi deficiunt in eo, quod ipsis implementum incumbit cum Religiosis ejusdem, alterius Ordinis, aliisque quoquaque personis de fide suspectis, ceterisque potenteribus consilium in materia ad Sanctum Officium spectantibus, ita ut ipsum denunciations differant, vel ab illis prorsus abstineant; verum etiam multoties ab eisdem alios à se consilium potentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel sub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliove praetextu.

S. 4. Propterea idem Sanctissimus declaravit praefatos subditos absque ulla participatione, etiam nulla petita venia à Superioribus, etiam nulla fraterna correctio, vel alia monito præmissa fuerit, omnino teneri, & obligatos esse accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum quoquaque etiam Confratres, ac Superiores etiam primarios suos ejusdem Ordinis, & Religionis, quos noverint esse de fide quomodolibet etiam leviter suspectos: Ac propterea eosdem debere omnes, & quoquaque etiam alios à se consilium, ut supra, potentes monere, & obligare ad denunciandum, nec posse illos à denunciando sub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quovis praetextu retrahere, aut retardare, & praefatos omnes tam Superioris, quam subditos contrafacentes, Sanctitas sua volunt, & declaravit subjaceret omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V. expressis, nechon privationis quarumcumque Dignitatum, seu Prælaturarum, seu officiorum suorum Ordinum, ac vocis actiue, & passiue, perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipso facto, & absque alia declaratione incurriendis, aliisque Sanctitatis Sua, ac successorum arbitrio instigendis penit, quarum relaxationem, suspensionem, absolutiōem, vel dispensationem Sanctitas Sua sibi ipsis, & successoribus suis Romanis Pontificibus tantum expresse reservavit.

S. 5. Et ne premissorum prætendi possit igno-
rancia,

ANNO
1660.

ALEXANDER SEPTIMUS.

129

ANNO
1660.

rantia, idem Sanctissimus mandavit sub eisdem pœnis, ipso pariter facto incurrendis, ut supra reservatis; ut superiores omnes præfati in quocumque loco, Conventu, vel Collegio sui Ordinis, Decretum hoc famel saltem singulis annis Kalendis Martii in publica mensa, vel alias in Capitulo ad hoc specialiter convocato, legi current una cum aliis Decretis, & Constitutionibus Apostolicis ad Sanctum Officium Inquisitionis adverus hereticam pravitatem pertinentibus quotannis, legi solitis, iuxta Decretum fel. record. Urbani VIII. Et infuper iudicem superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publicos assignentur, & affixa conserventur, ita ut ab iisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commode queant. Deque hujusmodi lectione, & communicatione publico documento ab iisdem superioribus Conventus, vel Domus subscripto, unaque ab aliis duobus Religiosis ejusdem Domus, vel Conventus statim certiore facere Congregationem Sanctissima Inquisitionis in Urbe, vel locorum Inquisitores ubi sunt. Statuitque præterea Decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & in aie Campi Flora affixum, omnes ubique existentes arctare, & efficere, ac si unicuique personaliter fuerit intimatum.

Joannes Lopus S. Romana, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Nativitate Domini Nostrri Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo, Indictione decima teria, die vero vigesima quarta Mensis Augusti Pontificatus autem sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papa Septimi anno ejus sexto, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae S. Petri de Urbe, necnon ad valvas Palatii S. Inquisitionis, ac in Aie Campi Flora, ut moris est per me Hieronymum Mascellam ejusdem Sanctissimi D. Nostrri Papæ, & Sanctissima Inquisitionis Curs.

XCVII.

Declarat. Alumni Collegiorum Apostolicorum non ad triennium tantum, sed perpetuò quoad vixerint Sedi Apostolica servitio adstricatos esse, & dat formam Juramenti.

Alumni Seminariorum piè, & efficaciter ad virtutum, ac literarum vehemens studium cohortatus est Clem. VIII. Consil. 9. tom. 3. de Alumni Collegiorum Apostolicorum permulta invenies in Repertorio, verbo Alumni.

Edita A. D.
1660.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM circa juramenti vinculum, quo Pontificiorum Collegiorum Alumni Sedi Apostolica (à qua maximis sumptibus educantur) servitio repiriunt adstriciti varie fuerint hucusque à nonnullis excogitatae interpretationes, quibus ejusdem Sedi in hoc eludatur intentio, & Dei gloriae, ac servitio, cui hujusmodi institutum dirigitur, non minimum detrahatur.

¶ 1. Nos opportunè hac in re providere cipientes, de nonnullorum Venerabilium fratum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum super hoc à Nobis specialiter deputatorum, qui rem diligenter, & mature discusserunt, consilio, ac inherendo decretis alias circa prædicti juramenti Formulam emanatis, eaque, quatenus opus sit, innovando, auctoritate Apostolica tenore præ-

sentiū declaramus, prædictos Alumnos non ad triennium tantum, ut gratis aliqui interpretantur, sed perpetuò, quoad vixerint in quocumque statu permanserint; Sedi prædictæ servitio fuisse haecenus, & futuros in posterum adstricatos, ut alias, & signanter die VII. Augusti 1645, à fel. rec. Innocentio Papa X. Præcessore nostro fuit declaratum; hujusmodi autem servitio minimè satisfacturos, etiam in salutem animarum operam suam quoquomodo impendant, nisi illud ad præscriptum Sedi Apostol. expleverint.

¶ 2. Præterea si contingat aliquem ipsorum incorrigibilitatis, vel malæ valedudinis, aut alia qualibet ex causa à Collegiis ejici, aut sponte sua quæcumque discedere, etiam nonnunquam completis studiis, aut sacris Ordinibus fuerit initiatus, non idcirco censendum à juramento ultra ex parte solutum, tam circa servitium præstandum in Missionibus, quam circa prohibitionem ingrediendi Religionem, imò ne hoc, vel alio quovis prætextu diæ Sedi mens forsan eludatur prohibemus, ne etiam elapsò triennio quovis tempore possit quilibet Alumni ad Religionem admitti, nisi de expressa nostra, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, vel Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum in scriptis habenda licentia, sub pena nullitatis professionis ipso jure, si alter fuerint ingressi, & quod ab eadem Cardinalium Congregatione non obstante professione ad primayum statum revocari possint.

¶ 3. Insuper declaramus, quod concessa Alumni, ut supra, licentia ingrediendi Religionem, non idcirco censendi sunt à juramento absoluti ex præsumpto tacito consensu, eo quod prædicta Congregatio illorum opera forsan non uteretur: Ad hanc nullo pacto licere Alumni contra formam juramenti, vel Religionem ingredi, vel alteri statui perpetuò se addicere, eo sub prætextu, quod quilibet teneatur, sibi ipsi ratione aliqua stabili consulere; eo quod hæc Sancta Sedes Alumni, postquam fuerint dimissi, non provideat; Cum memorata Congregatio neminem ex iis, qui ad Missionis titulum ordinati sunt, quive suo Instituto pro viribus incumbunt, conふeverit unquam defituere: quod si secus aliquando forsan contingat, hoc eorum culpæ adscribendum est, qui postquam fuerunt dimissi ejusdem Sanctæ Sedis, à qua enutriti fuerunt, ac ejus, quod professi sunt, Instituti prorsus oblitii de se, siveque statu eandem monere negligunt omnino;

¶ 4. Quia vero, ut præfertur, non desunt aliqui, cui non intelligentes gravitatem muneris Sacerdotum Sæcularium ad Missiones Apostolicas admislorum, quidve Sanctæ Fidei propagationi, & universalis Ecclesie bono, attenta præsternit temporum, ac rerum circumstantia, magis conducat, audeant adhuc assertere hujusmodi juramentum in ea parte, quæ cujuslibet Religionis ingressum prohibet, invalidum omnino esse, tanquam impedimentum majoris boni, eoque prætextu excusationem sua contumaciam obtendentes, juramentum quod hanc partem negligere præsumant: Nos volentes deinceps hujusmodi aucti opportunitè occurrere, eosque qui contraire præsumperint, ad statum, cui ex prædicto juramento reperiuntur obstricti, revocare; præcipimus omnibus Alumni, ut postquam è suis Collegiis, vel sponte egressi, vel dimissi fuerint, sive in statu, & habitu facultari permanerint, etiam in Sacris non fuerint, sive etiam postquam aliqui Religioni fuerint adscripti donec vixerint, quilibet anno, si intra fines Europæ fuerint, vel si extra, quilibet biennio, de se, siveque statu, & loco ubi maneant, & quibus studiis, & exercitiis operam navent, per literas prædictam

Congre-